Artilleri Rentan[?] ... Arff och
Egitt, Ordz Danastehuus, Borgo, och Viborg ... anno
1560
N°26

Cum autem eſſem paruulus. loquebar ut paruulus : ſapiebam ut paruul[us]. cogitabam ut paruulus. Quando autem factus ſum uir : euacuaui que erant paruuli. Videmus nunc per ſpeculum in enigmate : tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte : tunc autem cognoſcam ſicut et cognitus ſum. Nunc autem manent fides ſpes. caritas. tria hec. Maior autem horum eſt caritas.

℟ Tu es de us qui facis mirabilia ſo lus notam feciſti in gen tibus uir tu tem tu am ℣ Liberaſti in brachio tuo po pu lum tu um filios iſrael et ioſeph

[T]ubilate domino omnis terra ℟ ſeruite domino in leti cia ℣ Intrate in conſpectu e ius in exultati o ne ℣ Scitote quod domi nus ipſe eſt de us ℣ Ipſe fecit

... rem populus eius et oues paſcue eius

Secundum lucam.

In illo tempore. Aſſumpſit ihesus duodecim diſcipulos ſuos : et ait illis. Ecce aſcendimus iheroſolimam : et conſummabuntur omnia que ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus et illudetur : et flagellabitur et conſpuetur. Et poſtquam flagellauerint occident eum : et die tercia reſurget. Et ipſi nichil horum intellexerunt. Et erat uerbum iſtud abſconditum ab eis : et non intelligebant que dicebantur. Factum eſt autem cum appropinquaret iherico : cecus ſedebat ſecus uiam mendicans. Et cum audiret turbam pretereuntem : interrogabat quid hoc eſſet. Dixerunt autem ei : quod ihesus nazarenus tranſiret. Et clamauit dicens. Ihesu fili dauid miſerere mei. Et qui preibant : increpabant eum ut taceret. Ipſe uero multo magis clamabat fili dauid miſerere mei. Stans autem ihesus iuſſit illum adduci ad ſe. Et cum appropinquaſſet : interrogabat illum dicens. Quid tibi uis ut faciam? At ille dixit. Domine ut uideam. Et ihesus ... Reſpice. fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim uidit : et ſequebatur illum magnificans deum. Et omnis plebs ut uidit : dedit laudem ...

Benedictus es domine doce me iusti-
ficationes tuas. In labiis meis pronunciavi omnia iudicia oris tui.

Hec hostia quesumus domine emundet nostra delicta et sacrificium
celebrandum subditorum tibi corpora
mentesque sanctificet. Per dominum. Com.

Manducaverunt et saturati sunt nimis et desiderium eorum attulit eis dominus non sunt fraudati a desiderio suo. P. co.

Quesumus omnipotens deus ut qui celestia alimenta percepimus
per hec contra omnia adversa muniamur. Per. Feria iiii. dies cinerum post
sextam benedicantur cineres hoc modo. Oremus.

Deus qui non mortem sed penitentiam desideras peccatorum
fragilitatem conditionis humane benignissime respice ut cineres quos
causa proferende humilitatis atque
promerende venie capitibus nostris imponi
decernimus benedicere pro tua
pietate digneris ut qui nos cine-
res esse et ob pravitatis nostre meritum
in pulverem reversuros cognoscimus
peccatorum omnium veniam et
premia penitentibus repromissa

misericorditer consequi mereamur. Per.
Oro.
Omnipotens sempiterne deus parce
metuentibus propitiare suppli-
cibus et mittere digneris sanctum an-
gelum de celo qui benedicat et sancti-
ficet cineres istos ut sint re-
medium salutare omnibus nomen tuum no-
men humiliter implorantibus ac semet-
ipsos propter conscientiam delictorum
suorum accusantibus vel serenissimam
pietatem tuam suppliciter obnixeque
flagitantibus quesumus per invocationem tui
sancti nominis ut quicumque eos
super se asperserint pro redemptio-
ne peccatorum corporis sanitatem et
anime tutelam percipiant. Per. Finitis
orationibus aspergat eos sacerdos aqua bene-
dicta et dicantur hec antiphona.

Exaudi nos domine quoniam benigna est misericordia tua secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos domine. Ps. Salvum me fac. Gloria patri. A. Exaudi nos domine. evovae. Deinde dicat sacerdos. Oremus
et dyaconus. Flectamus genua. Oro.

Concede nobis quesumus domine presi-
dia militie christiane sanctis in-
choare ieiuniis ut contra spiritua-
les nequitias pugnaturi continentie
muniamur auxiliis. Per. Ante per dominum
dicatur Levate. Tunc imponantur cine-
res in modum crucis et dicat sacerdos

Artiga Rentan in Våå Kyrcke och Predicke Sandbo[illegible]
[illegible] Borgo, och Wiborgz [illegible] Pro Anno 1566

No 26

Memento [illegible]
et in pulverem [illegible]
tentur secundum ordinem hee antiphone

Immutemur habitu in cinere et cilicio ieiunemus et ploremus ante deum quia multum misericors est dimittere peccata nostra deus noster.

A. Iuxta vestibulum et altare plorabunt sacerdotes et levite ministri domini et dicent parce domine parce populo tuo et ne dissipes ora clamantium ad te domine.

Ad processionem hec dicuntur. R. Paradisi porta. R. Emendemus in melius. R. In ieiunio et fletu. cum suis versibus. ad introitum ecclesie a. de patrono. Sequitur oratio de eodem. Deinde flexis genibus dicitur. Ps. Miserere mei deus. Pater noster. cum hiis precibus: Pro peccatis et negligentiis. Domine ne memineris. Domine non secundum peccata nostra. Adiuva nos cum collecta Pietate tua. Sequitur letania qua finita statim inponitur cantor ad missam patronum.

Misereris omnium domine et nichil odisti eorum que fecisti dissimulans peccata hominum propter penitentiam et [illegible]rcens illis quia tu es dominus deus noster. Ps. Miserere mei deus miserere mei quoniam. euouae.

Presta domine fidelibus tuis Collecta ut ieiuniorum veneranda sollempnia et congrua pietate suscipiant et secura devotione percurrant. Per. Lectio

Hec dicit dominus Iohelis prophete deus. Convertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio et fletu et planctu. et scindite corda vestra et non vestimenta vestra. Et convertimini ad dominum deum vestrum quia benignus et misericors est. paciens et multum misericors. et prestabilis super malicia. Quis scit si convertatur et ignoscat et relinquat post se benedictionem. Sacrificium et libamen domino deo vestro. Canite tuba in syon sanctificate ieiunium vocate cetum congregate populum sanctificate ecclesiam coadunate senes. congregate parvulos et sugentes ubera. Egrediatur sponsus de cubili suo et sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum et altare plorabant sacerdotes ministri domini et dicent. Parce domine parce populo tuo et ne des hereditatem tuam in obprobrium. ut non dominentur eis nationes. quare dicunt in populis ubi est deus eorum. Zelatus est dominus terram suam et pepercit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumentum. vinum et oleum

replebimini mensis. et non dabo uos
ultra obprobrium in gentibus. dicit
dominus omps. Gr. Miserere mei deus

miserere me
quo niam in te con fidit a ni
ma me a ℣. Misit de
ce lo et libera
uit me dedit in obpro
brium conculcan tes me

Tractus qui in omni ſc͞la · et iiii · et vi · fer.
cantabitur excepta · iiii · fer · p palmas.

Domi ne non ſecundum
peccata noſtra facias nobis neque
ſecundum iniquitates noſ tras retri
buas nobis ℣. Domine
ne memine ris iniquitatum noſtrarum
antiquarum cito anticipent nos
miſericordie tu e quia pauperes
facti ſumus nimis ℣. Adiuva nos de
us ſalutaris noſ tris et propter

gloriam nominis tui domine libera
nos et propicius eſto peccatis
noſ tris propter nomen tu um

In illo tempore. Dixit ihesus ſecundum mathm
diſcipulis ſuis. Cum ieiu
natis: nolite fieri ſicut ypocrite triſ
tes. Exterminant enim facies ſuas:
ut appareant hominibus ieiunantes
Amen dico uobis: quia receperunt
mercedem ſuam. Tu autem cum ie
iunas: unge caput tuum et faciem
tuam laua. ne uidearis ab hominibus
ieiunans. ſed patri tuo qui eſt in ab
ſcondito. Et pater tuus qui uidet in ab
ſcondito reddet tibi. Nolite theſau
rizare uobis theſauros in terra: ubi
erugo et tinea demolitur: et ubi fu
res effodiunt et furantur. Theſauri
zate uobis theſauros in celo. ubi
neque erugo neque tinea demolitur. et
ubi fures non effodiunt nec furan
tur. Ubi eſt theſaurus tuus: ibi eſt
cor tuum. Off. Exaltabo te domine quoniam
ſuſcepiſti me nec delectaſti inimicos
meos ſuper me domine clamaui
ad te et ſanaſti me. Sec.

Fac nos quesumus domine his muneribus
offerendis conuenienter aptari
quibus ipſius uenerabilis ſacramenti

uenturum celebramus exordium. P[er]
eterne d[eu]s. Qui corporali ieiunio

Qui meditabitur in lege domini die ac
nocte dabit fructum suum in tempore suo.

Percepta nobis domine prebeant s[an]c[t]o
sacramenta subsidium ut et tibi grata
sint nostra ieiunia et nobis proficiant
ad medelam. P[er] d[omi]n[u]m. Super p[o]p[ulu]m. Or[ati]o.
Flectantes se domine maiestati tue
propiciatus intende: ut qui diuino
munere sunt refecti: celestibus semper
nutriantur auxiliis. P[er]. Feria q[ui]nta offert[orium]

Dum clamarem ad dominum exaudi
uit uocem me am ab hiis qui appropin
quant michi et humiliauit e os qui
est ante secula et manet in e ternum
Iacta cogitatum tuum in domino et ipse
te e nutriet. P[salmus] Exaudi deus
orationem meam cum deprecor. euouae

Deus qui culpis offenderis or[ati]o
penitencia placaris preces po
puli tui supplicantis exaudi: et mala
que pro peccatis n[ost]ris meremur
auerte. P[er] d[omi]n[u]m. Lectio ysaie p[ro]phete.
In diebus illis. Egrotauit ezechias usq[ue]
ad mortem. et introiuit ad eum ysai
as filius amos p[ro]pheta et dixit ei. Hec
dicit dominus. Dispone domui tue
quia morieris tu et non uiues. Et con
uertit ysaias faciem suam ad pari
tem: et orauit ad d[omi]n[u]m et dixit. Obse
cro domine memento queso quom[odo]
ambulauerim coram te in ueritate
et in corde perfecto. et quod bonum est
in oculis tuis fecerim. Et fleuit
ezechias fletu magno. Factum est
autem uerbum domini ad ysaiam
dicens. Vade et dic ezechie. Hec dicit
dominus d[eu]s dauid patris tui. Au
diui orationem tuam et uidi lacri
mas tuas. Ecce ego adiciam super
dies tuos quindecim annos: et de
manu regis assyriorum eruam te
et ciuitatem istam. et protegam te.
Dicit dominus omnipotens. Gr[aduale]

Iacta cogitatum tuum in domino et
ipse te e
nutriet. V[ersus] Dum clamarem
ad dominum exaudiuit
uocem meam ab hiis qui
appropinquant michi. Sec[undu]m mattheum

In illo t[empore]. Cum autem introisset ihc caphar
naum. accessit ad eum centurio ro
gans eum et dicens. Domine puer
meus iacet in domo paraliticus

et male torquetur. Et ait illi ihesus. Ego veniam et curabo eum. Et respondens centurio ait. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed tantum dic verbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus. habens sub me milites. Et dico huic vade et vadit. Et alii veni et venit. Et servo meo fac hoc et facit. Audiens autem ihesus miratus est. et sequentibus se dixit. Amen dico vobis non inveni tantam fidem in israel. Dico autem vobis quod multi ab oriente et occidente venient et recumbent cum abraham et ysaac et iacob in regno celorum. Filii autem regni eicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit ihesus centurioni. Vade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora. Off. Ad te domine levavi animam

Sacrificiis presentibus quesumus domine Secr. intende placatus: ut et devocioni nostre proficiant et saluti. Per dominum. Com.

Acceptabis sacrificium iusticie oblationes et holocausta super altare tuum domine.

Celestis doni benedictione percepta Post. co mine. supplices te domine omnipotens deus deprecamur: ut hoc idem nobis et sacramenti causa sit et salutis. Per dominum. Super populum Oratio.

Parce domine parce populo tuo. ut dignis flagellationibus castigatus: in tua miseratione respiret. Per.

Feria sexta ad missam Introitus

Audivit dominus et misertus est michi dominus factus est adiutor meus.

Exaltabo te domine quoniam. Euouae.

Inchoata ieiunia quesumus domine benigno Oratio favore prosequere: ut observantiam quam corporaliter exhibemus: mentibus etiam sinceris exercere valeamus. Per.

Hec dicit dominus deus Lectio ysaie prophete. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam: et annuncia populo meo scelera eorum et domui iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem querunt. et scire vias meas volunt. Quasi gens que iusticiam fecerit. et que iudicium dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iusticie: et appropinquare deo volunt. Quare ieiunavimus et non aspexisti: humiliavimus animas nostras et nescisti. Ecce in die ieiunii vestri invenitur voluntas vestra: et omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis: et percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut usque ad hanc diem ut audiatur in excelso clamor vester. Numquid tale est ieiunium quod elegi per diem affligere hominem animam suam. Numquid contorquere quasi circulum caput suum et saccum et cinerem sternere. Numquid istud vocabis ieiunium et diem acceptabilem domino. Nonne hec est magis ieiunium quod elegi. Dissolve

colligationes impietatis: solue fasci
culos deprimentes. Dimitte eos qui
confracti sunt liberos: et omne onus
disrumpe. Frange esurienti panem tuum
et egenos uagosque induc in domum tuam.
Cum uideris nudum operi eum et car
nem tuam ne despexeris. Tunc erum
pet quasi mane lumen tuum et sanitas
tua citius orietur. Et anteibit faciem
tuam iusticia tua: et gloria domini colli
get te. Tunc inuocabis et dominus:
clamabis et dicet ecce assum. Quia mi
sericors sum dominus deus tuus. Gr.

Secundum matheum

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Audistis quia dictum
est: diliges proximum tuum. et odio
habebis inimicum tuum. Ego autem
dico uobis. Diligite inimicos uestros.
benefacite hiis qui oderunt uos. Et
orate pro persequentibus et calumpniantibus uos ut sitis filii patris uestri qui in
celis est. qui solem suum oriri facit
super bonos et malos: et pluit super iustos
et iniustos. Si enim diligitis eos qui
uos diligunt: quam mercedem habe
tis. Nonne et publicani hoc faciunt.
Et si salutaueritis fratres tantum quid
amplius facitis. Nonne et ethnici hoc
faciunt. Estote ergo uos perfecti: sicut
et pater uester celestis perfectus est. At
tendite ne iusticiam uestram faciatis
coram hominibus: ut uideamini ab
eis. Alioquin mercedem non habebitis
apud patrem uestrum qui in celis est. Cum
ergo facis elemosinam noli tuba ca
nere ante te sicut ypocrite faciunt in
synagogis: et in uicis ut honorificen
tur ab hominibus. Amen dico uobis
receperunt mercedem suam. Te autem
faciente elemosinam: nesciat sinistra tua
quid faciat dextera tua ut sit elemo
sina tua in abscondito. Et pater tuus
qui uidet in abscondito reddet tibi. Et
cum oratis non eritis sicut ypocrite
qui amant in synagogis et in angulis
platearum stantes orare. ut uideantur ab hominibus. Amen dico uobis:
receperunt mercedem suam. Tu autem
cum orabis intra cubiculum tuum. et
clauso hostio ora patrem tuum in ab
scondito. Et pater tuus qui uidet in
abscondito:
reddet tibi.

Secreta

Sacrificium domine obseruantie
paschalis offerimus. presta quaesumus ut
tibi et mentes nostras reddat acceptas
et continentie promptioris nobis

tribuat facultatem. Per dominum. Gr[aduale]

Servite domino in timore et exultate ei cum tremore apprehendite disciplinam ne pereatis de via iusta. Post com[munio]

Spiritum nobis domine tue caritatis infunde: ut quos uno pane celesti satiasti tua facias pietate concordes. Per dominum nostrum. Super populum

Tuere domine populum tuum et ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit adversitas si nulla dominetur iniquitas. Per dominum n[ostrum].

Sabbato. Esto michi in deum protectorem

Adesto domine supplicationibus nostris et concede ut hoc sollempne ieiunium quod animis corporibusque curandis salubriter institutum est devoto servicio celebremus. Per. Lc[tio] ysaie prophete.

Hec dicit dominus deus: Si abstuleris de medio tui catenam et desieris digitum tuum extendere: et loqui quod non prodest. Cum effuderis esurienti animam tuam et animam afflictam repleveris: orietur in tenebris lux tua et tenebre tue erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit dominus deus tuus semper et implebit splendoribus animam tuam et ossa tua liberabit. Et eris quasi ortus irriguus et sicut fons aquarum cuius non deficient aque. Et edificabuntur in te deserta filiorum fundamenta generationis suscitabis. Et vocaberis edificator sepium avertens semitas in quietem. Si averteris a sabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo et vocaveris sabbatum delicatum et sanctum domini gloriosum et glorificaveris eum dum non facis vias tuas et non invenietur voluntas tua ut loquaris sermonem. Tunc delectaberis super domino et sustollam te super altitudinem terre et cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim domini locutum est hec. Secundum matheum

In illo tempore. Cum sero esset factum erat navis in medio mari: et ipse ihesus solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando: erat enim ventus contra[illegible] vigiliam noctis venit [illegible] eos [illegible] super mare. Illi autem putaverunt fantasma esse et [illegible] enim eum viderunt et conturba[illegible] sunt. Et statim locutus est cum eis: et dixit illis. Confidite ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in navim: et cessavit ventus: et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcecatum. Et cum transfretassent pervenerunt in terram genezareth et applicuerunt. Cumque egressi essent de navi: continuo cognoverunt eum. Et percurrentes universam regionem illam: ceperunt in grabatis eos qui se male habebant circumferre ubi eum audiebant esse. Et quocumque introibat in vicos vel in villas aut civi

supra dorsum meum fabricaverunt peccatores prolonga[ve]runt iniquitatem sibi dominus iustus concidet cervices peccatorum

℣ Prolonga...

Ev. Dicebat ihc turbis iudeorum et principibus sacerdotum Quis ex vobis arguet me de peccato Si veritatem dico quare vos non creditis michi Qui est ex deo verba dei audit Propterea vos non auditis quia ex deo non estis Responderunt igitur iudei et dixerunt ei Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu et demonium habes Respondit ihc Ego demonium non habeo Sed honorifico patrem meum et vos inhonorastis me Ego autem non quero gloriam meam est qui querat et iudicet Amen amen dico vobis siquis sermonem meum servaverit mortem non videbit in eternum Dixerunt ergo iudei Nunc cognovimus quia demonium habes Abraham mortuus est et prophete et tu dicis siquis sermonem meum servaverit non gustabit mortem in eternum Numquid tu maior es patre nostro abraham qui mortuus est Et prophete mortui sunt Quem te ipsum facis Respondit ihc Si ego glorifico me ipsum gloria mea nichil est Est pater meus qui glorificat me quem vos dicitis quia deus noster est et non cognovistis eum Ego autem novi eum Et si dixero quia non scio eum ero similis vobis mendax Sed scio eum et sermonem eius servo Habraham pater vester exultavit ut videret diem meum et vidit et gavisus est Dixerunt ergo iudei ad eum Quinquaginta annos nondum habes et abraham vidisti Dixit eis ihc amen amen dico vobis antequam abraham fieret ego sum Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum Ihc autem abscondit se et exivit de templo

Of. Confitebor tibi domine in toto corde meo retribue servo tuo vivam et custodiam sermones tuos vivifica me secundum verbum tuum domine

Sec. Hec munera quesumus domine et vincula nostre pravitatis absolvant et tue nobis misericordie dona concilient Per dominum nostrum ihesum

Co. Hoc corpus quod pro vobis tradetur hic calix novi testamenti est in meo sanguine dicit dominus hoc facite quotienscumque sumitis in meam commemorationem

memorationem Post comm̄

Adesto nobis domine deus nr̄
ut quos tuis mysteriis recre
asti. perpetuis defende presidiis. P

Feria iiii.
Offert.

Miserere michi domine
quoniam conculcauit me homo tota
die bellans tribulauit me P
Conculcauerunt me inimici. euo v a e.

Sanctifica q̄s domine nr̄a Colla
Ieiunia. et cunctarum nobis propicius no
bis indulgentiam largire culparum P
In diebus illis. Factum Lc̄o ione p̄phe.
est uerbum domini ad ionam prophe
tam sc̄d̄o dicens. Surge et uade in niniuen
ciuitatem magnam et predica in ea
predicationem quam ego loquor ad
te. Et surrexit ionas et abiit in nini
uen iuxta uerbum domini. Et niniue
erat ciuitas magna itinere dierum
trium. Et cepit ionas introire in ciui
tatem itinere diei unius. et clamauit
et dixit. Adhuc quadraginta dies et
niniue subuertetur. Et crediderunt uiri
niniuite in dn̄o et predicauerunt ie
iunium et uestiti sunt saccis a maio
re usque ad minorem. Et peruenit uerbum
ad regem niniue. et surrexit de solio
suo. et abiecit uestimentum suum a
se. et indutus est sacco et sedit in cine
Et clamauit et dixit in niniue ex ore
regis et principum eius dicens. Homi
nes et iumenta et boues et pecora non
gustent quicquam. nec pascantur et aquam
non bibant. Et operiantur saccis homi
nes et iumenta clament ad dn̄m in
fortitudine. Et conuertatur uir a uia
sua mala et ab iniquitate que est in
manibus eorum. Quis scit si conuertatur
et ignoscat deus et reuertatur a furore ire
sue. et non peribimus. Et uidit d̄s opa
eorum quia conuersi sunt de uia sua
mala. Et misertus est populo suo dn̄s d̄s
noster.

Gr. Deus exaudi orationem meam auribus percipe uerba oris mei
V. Deus in nomine tuo saluum me fac et in uirtute tua iudica me

In ill. Miserunt principes Sc̄d̄ Iohannem
et pharisei ministros ut apprehenderent
ihm. Dixit ergo eis ih̄c. Adhuc modicum
tempus uobiscum sum et uado ad eum
qui misit me. Queretis me et non inue
nietis et ubi sum ego uos non potestis
uenire. Dixerunt ergo iudei ad semet
ipsos. Quo hic iturus est quia non inue
niemus eum. Numquid in dispersionem
gentium iturus est et docturus gentes.
Quis est hic sermo quem dixit. queretis
me et non inuenietis. et ubi sum ego
uos non potestis uenire. In nouissimo

ihc & clamabat dicens. Si quis ſitit:
ueniat & bibat. Qui credit in me: ſicut
dicit ſcriptura. flumina de uentre eius
fluent aque uiue. Hoc autem dixit de
ſpiritu quem accepturi erant credentes in
eum.
Off. Domine conuertere & eripe animam
meam ſaluum me fac propter miſericordiam
Concede nobis Secret.
domine deus noſter tu am
ut hec hoſtia ſalutaris & noſtrorum fiat
purgatio delictorum & tue propiciatio ma
ieſtatis.
P. Co. Dominus uirtu tum ipſe eſt
rex glo rie Poſt Com
Sacramenti tui quesumus domine partici
patio ſalutaris & purificationem
nobis prebeat & medelam. P. Sup populum
Da quesumus domine populo tuo ſalutem mentis
& corporis: ut bonis operibus inherendo:
tua ſemper mereatur protectione defendi.
P. dominum noſtrum Feria tercia ad miſſam:
Expecta dominum uiriliter age et
confortetur cor tuum & ſuſtine do
mi num Ps. Dominus illuminatio. euouae
Noſtra tibi domine quesumus ſint accep Coll.
ta ieiunia que nos expiando gra
tia dignos efficiant: & ad remedia perdu
cant eterna. P. Lc. danielis prophete
In diebus illis. Congregati ſunt babyloni

danielem: qui uel deſtruit & draco
nem interfecit. Alioquin interficiemus
te & domum tuam. Vidit quoque rex
quod irruerent in eum uehementer:
& neceſſitate compulſus tradidit eis da
nielem. Qui miſerunt eum in lacum
leonum: & erat ibi ſex diebus. Porro in la
cu erant leones ſeptem: & dabantur
eis cotidie duo corpora & due oues.
Et tunc non data ſunt eis: ut deuorarent
danielem. Erat autem abacuc propheta
in iudea: & ipſe coxerat pulmentum &
intriuerat panes in alueolo. et ibat in
campum ut ferret meſſoribus. Dixitque
angelus domini ad abacuc. Fer pran
dium quod habes in babylonem danieli:
qui eſt in lacu leonum. Et dixit aba
cuc. Domine babylonem non uidi: et
lacum neſcio. Et apprehendit eum angelus
domini in uertice eius: & portauit eum
capillus capitis ſui. poſuitque eum in ba
bylone ſuper lacum in impetu ſpiritus ſui. Et
clamauit abacuc dicens. Daniel ſerue dei
tolle prandium quod miſit tibi deus. Et
ait daniel. Recordatus enim es mei do
mine deus meus: & non dereliquiſti dili
gentes te. Surgenſque daniel comedit.
Porro angelus domini reſtituit abacuc
confeſtim in loco ſuo. Venit ergo rex
die ſeptima. ut lugeret danielem. Et
uenit ad lacum & introſpexit: & ecce da
niel ſedens in medio leonum. Et excla
mauit rex uoce magna dicens. Magnus
eſt dominus deus danielis. Et extraxit
eum de lacu. Illos autem qui perditionis

a sunt in momento coram [illegible] rex ait. paueant habitan[illegible] uersa tra domini danielis [illegible] liberator et saluator faciens signa [illegible] in celo et in terra. Qui liberauit danielem de lacu leonum. Of. Discerne causam meam [illegible]

[illegible] mine [illegible] dolo eripe me [illegible] emitte lucem tuam [illegible] tem [illegible] tuam ipsa me de duxe runt et adduxerunt in mon tem sanctum tuum

Eu. Ambulabat ihesus in galileam non enim uolebat ambulare in iudeam quia querebant eum iudei interficere. Erat autem in proximo dies festus iudeorum scenophegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Transi hinc et uade in iudeam. ut et discipuli tui uideant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit et querit ipse in palam esse. Si hec facis manifesta te ipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo ihesus. Tempus meum nondum aduenit. tempus autem uestrum semper paratum est. Non potest mundus odisse uos. Me autem odit quia ego testimonium perhibeo de illo quia

[illegible] festum hunc. ego autem non [illegible] ad diem festum istum quia [illegible] meum nondum impletum [illegible] Hec autem cum dixisset ipse mansit in galilea. Ut autem ascenderunt fratres eius tunc et ipse ascendit ad diem festum non manifeste sed quasi in occulto. Iudei ergo querebant eum in die festo et dicebant. Ubi est ille. Et murmur multus de eo erat in turba. Quidam enim dicebant quia bonus est. Alii autem dicebant non sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum iudeorum.

Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine quoniam non derelinquis querentes te psallite domino qui habitat in syon quoniam non est oblitus orationem pauperum.

Hostias tibi domine deferimus [illegible] missa [illegible]

Redime me deus israel ex omnibus angustiis meis

Da quesumus omnipotens deus ut que diuina sunt iugiter exequentes donis mereamur celestibus propinquare. Per dominum nostrum

1560 27

ti sunt in momento coram eo. Tunc rex ait. paueant habitantes uniuersa tra domini danielis quia ipse e liberator et saluator faciens signa et mi- [illegible] danielem de lacu leonum. Of. Discerne [illegible]

[illegible] ab homine [illegible] doloso eripe me. Emitte lucem tuam [illegible] tem [illegible] tuam ipsa me de- duxe- runt et adduxerunt in mon- tem sanctum tuum.

Sect. Ambulabat ihesus in galileam non enim uolebat ambulare in iudeam quia querebant eum iudei interficere. Erat autem in proximo dies festus iudeorum scenophegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Transi hinc et uade in iudeam ut et discipuli tui uideant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit et querit ipse in palam esse. Si hec facis manifesta te ipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Dicit ergo ihesus. Tempus meum non dum aduenit. tempus autem uestrum semper paratum est. Non potest mundus odisse uos. Me autem odit quia ego testimonium phibeo de illo quia

ad diem festum hunc. ego aut non ascendam ad diem festum istum quia tempus meum nondum impletum est. Hec cum dixisset ipse mansit in galy- [illegible] ascendit ad diem festum [illegible] quasi in occulto. Iudei [illegible] eum in die festo et dicebant [illegible] murmur multus [illegible] Quidam autem [illegible] quia bonus est. Alii autem [illegible] turbas. Nemo tamen palam lo- [illegible] de illo propter metum iudeorum.

Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine quoniam non derelinquis querentes te psallite domino qui habitat in syon quoniam non est oblitus orationem pauperum.

Hostias tibi domine deferimus [illegible]

[illegible]

Redime me deus israel ex omnibus angustiis meis.

Da quesumus omnipotens deus ut que diuina sunt iugiter exequentes donis mereamur celestibus propinquari. Per dominum nostrum.